

et quod ipsis et eorum sequacibus nulla fiat gratia. — Dedimus respositionem quod fiat et concedatur prout in predicto capitulo petitur et continetur.

Infrascripto etiam capitulo tenoris hujusmodi videlicet: item quod si aliqui de Cadubrio qui quibuscumque temporibus jam elapsis comiserunt contra Statum dominationis nostrae sibi remittatur Et gratia fiat sibi de commissis. Facimus respositionem quod fiat et concedatur ut petitur et in dicto capitulo continetur.

Praeterea auditio Capitulo subscriptae continentiae videlicet: quod omnes mercatores lignaminium Dominationis nostrae qui conversantur in Cadubrio, habeant ibi specialia loca, et portus ubi faciant discargare et deponere lignamina, et mercationes suas et quod loca ad portus aliquis de Cadubrio non potest occupare.

Quave de gratia speciali petunt similier habere Venetiis locum et portus ubi possint aplicare et tenere lignamina sua: cum mercatores de Barbaria non dimitantur nos stare ad ripas suas advisantes, dominationem nostram locum et portum esse habilem penes Sanctum Franciscum de la Vigna respondimus quod fiat prout petitur, et indicto capitulo continetur.

In soprascriptorum autem fidem et evidentiam pleniorem praesens privilegium fieri jussimus, et nostra ducali bulla plumbea pendente muniri.

Datum in nostro Ducali Palatio Die ultimo mensis Julli. Indiz: XIII — MCCCCXX. (Archivio di Stato Commemoriali XI c. 37).

---